

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2935

Auteur(s) : Robert Bertran, Bricquebec (seigneur)

Bénéficiaire(s) : Sibille, veuve de Gautier Le Queu [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1276, mars

Action juridique : échange

Langue du texte : latin

Analyse

Robert Bertran, sire de Bricquebec, donne par échange à Sibille, veuve de Gautier Le Queu, trois pièces de terre, situées dans le bourg de Baeille, au Val Epellenc près du nouveau parc, et près du moulin à foulon.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Bréard Charles, *Cartulaires de Saint-Ymer en Auge et Bricquebec, publiés avec notices*, Rouen-Paris, Lestringant-Picard, 1908, Bricquebec, n° 43, p. 231-232.

Texte établi d'après a

Erga Sibiliam quondam uxori Perrin Coqui.
Universis presentes litteras inspecturis Robertus Bertran, dominus de Briquebec, salutem in Domino. Noveritis quod ego [tradidi] in purum et perpetuum excambium Sibilie, uxori quondam Galteri dicti le Queu et eorum filiis, totam terram que fuit à « la Malesse » sitam in tribus petiis, videlicet mesnagium (et tertiam petiam) cum allodio situm in burgo de Baeille, et unam [petiam] ad vallem Espellenc juxta novum pratum, et tertiam petiam juxta molendinum « folerez » pro tota portione terre quam habebat et possidebat dicta Sibila in clauso dicto au Marcheant juxta manerium meum, quam terram dicta Sibilia tenebat de pura et perpetua elemosina [ecclesie] Beate Marie de Briquebec, tenendam et habendam de cetero jure hereditario possidendum dicta Sibilia et ejus heredibus predictis tres petias terre [predictas] liberè, pacificè et quietè sine reclamatione [et molestatione] aliqua mei vel heredum meorum in tribus [predictis] petiis terre de cetero faciendis. Insuper ego volo et concedo et per presentem cartam meam confirmo, et heredes meos ad hoc obligatos relinquendo specialiter et expressè, quod dicta Sibilia et ejus heredes dictas tres petias terre que continent et debent continere quinque virgatas terre tridecim perticis unius de ecclesia predicta teneant [de] jure hereditario in puram et perpetuam elemosinam eodem modo quod tenebat portionem dicti clausi de ecclesia supradicta et per eosdem redditus quos dicte ecclesie de dicto clauso reddere consueverunt annuatim. Hec autem omnia et singula prout superiùs sunt expressa ego predictus Robertus et heredes mei tenemur dicte ecclesie et dicte Sibilia et ejus heredibus garantizare, deliberare ab omnibus, et defendere contra omnes penitus bona fide, vel alibi excambiare valore ad valorem si fortè garantizare non possemus in loco sibi utili et propinquuo. Et ne ego vel heredes mei contra premissa, seu contra aliquorum premissorum de cetero valeamus contraire sed rata et firma permaneant in futurum predicte Sibilia, presentem cartam sigillo meo tradidi sigillatam. Actum et datum anno Domini m° ducentesimo septuagesimo quinto, mense martii.